Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Exodi

39.

hac die in monimentu, et celebra
bitis hac die sollemne dno
in generacoes vestras cultu sempiter
no. Septem diebus azimos comedetis, in die primo non erit fermentum in domibus vestris. Quicumque comederit fermentum, peribit anima illius de israel, a primo die usque ad diem septimum. Quae prima erit sancta atque sollemnis et dies septimus eadem festivitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, ex ceptis hys quae ad vestendum pertinet et observabitis azima. In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra egipti, et custodietis diem istum in generacones vestras cultu perpetuo. Primo mense septuagesima die mensis ad vesperam comedetis azima, usque ad diem vicesimam primam ejusdem mensis ad vesperam. Septem diebus non invenietur fermentum in domibus vestris. Quicumque comederit fermentum peribit anima eius de cetu israhel tam de adventis quam indigenis terre. Omne fermentatum non comedetis. In cunctis habitaculis vestris comedetis azima. Vocavit autem moyses omnes seniores filiorum israel, et dixit ad eos, Ite tollentes animas vestras, immolate phase. Sanguinem quoque tingite sanguine qui in limine est aspergite, ex eo superlinitate et utrumque postem. Nullus vestrum egrediatur ostium domus suae usque mane. Transibit enim dnus percutiens egipcios. Cumque viderit sanguinem in superlimiari et in utroque postem, transiendet ostium, et non sinet percussorem ingredi domos vestras et laedere. Custodite verbum istud legitimum tibi et filiis tuis usque in eternum. Cum ingressi fueritis terram quam dnus datus est vobis, ut pollicitus est, observabitis ceremonias istas. Et cum dixerint vobis filii vestri, quae est ista religio dicetis eis, Victima est transitus dni, qui transiuit super domos filiorum israel in egipto percutiens egipcios et domos nostras liberavit. Inclinatusque est populus adorauit, et egressi filii israel fecerunt sicut preceperat dominus moysi et aaron. Factum est autem in noctis medio percussit dnus omne primogenitum in terra egipti a primogenito pharaonis qui sedebat in solio eius usque ad primogenitum captiue, que erat in carcere, et omne primogenitum iumentorum. Surrexitque pharao nocte et omnes filii eius cunctaque egiptus et ortus est clamor magnus in egipto, non erat enim domus in qua non iacerent mortui. Vocatusque pharao moysen et aaron nocte ait, Surgite egredimini a populo meo, vos et filii vesti, sicut primo locuti dno sicut dicitis. Oues vestras et armenta assumite, ut petistis, et abeuntes benedicite mihi. Vrgebatque egipcius populum ut festinarent de terra, quia dicebant omnes moriemur. Tulit ergo populus adhuc panem fermentatum, et ligatis in pallio posuit super humeros suos, fecerunt filii israel sicut preceperat moysi, et petierunt ab egipcios vasa argentea et aurea, vestes plurimas. Dnus autem dedit gratiam populo coram egipcios, ut commodarent eis, et spoliauerunt egipcios. Profecti sunt filii